



## The Holy See

---

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE *QUI SINGULARI* SINITUR ARCHIEPISCOPUS MESSANENSIS  
NOMINE ATQUE AUCTORITATE  
SUMMI PONTIFICIS IMAGINEM B. M. V. A DIVINA PROVIDENTIA CORONARE,  
QUAE IN URBE MONTALBANO ELICONA, IN EADEM ARCHIDIOECESI. COLITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Qui  
singulari semper amore beatissimam Virginem Mariam, Christi Matrem, hominum decus caelique florem, prosecuti  
sumus et prosequimur, libenti animo ea omnia Nos gerimus Ipsi, e quibus non solum laus tantae Matris et nomen augeri  
providerimus, in Filii nempe gloriam, sed solidere etiam pietatis incrementum in fidelium pectoribus nasci posse  
intellexerimus. Qua re, cum Venerabilis Frater Ignatius Cannavò, Archiepiscopus Messanensis, sive de sui gregis  
profectu, sive de caelestis Matris honore sollicitus, id ab hac Apostolica Sede petierit suo clericu populi nomine, ut  
imago B. M. V. quam populari titulo «Maria Santissima della divina Provvidenza» cognominant quamque in sacra sede  
urbis Montalbano Elicona tota fere archidioecesis Messanensis casta pietate veneratur, nomine et auctoritate Nostra  
redimire posset, Nos, aequo Pastoris aequo gregis preces excipientes, libenti et aequo animo petita concedimus. Poterit  
ergo Venerabilis Frater Ignatius Cannavò quere oravit ergere, atque sive per se ipse sive per alium, quem designaverit,  
imaginem illam celebrem B. M. V. a divina Providentia nomine at auctoritate Nostra sollemini caerimonia coronare, ad  
statas normas. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, capta occasione, caelestem Virginem in vota vocamus, ut sive  
egregio Praesuli, sive fidei eius populo praestita obsequia gratiae rore atque uberi providentia rependat. *Datum Romae,*  
*apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Augusti, anno MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri*  
*quinto.* AUGUSTINUS Card. CASAROLI, a publicis Ecclesiae negotiis © Copyright 1983 - Libreria Editrice Vaticana